

dum, Tancredi regis Syclie filium, cum matre sua Margarita captivos duxit in Alamania. MCC.¹ Anno VIII. cum Panormii esset imperator, mortuus est.

Post mortem eius magna dissensio fuit inter principes Alamanie in electione imperatoris. Quia quidam Phylippum, Henrici fratrem, eligebant, quidam vero Othonem Saxonie ducem. Tandem obtinente Phylippo contra voluntatem Innocentii pape, quia frater Henrici ecclesie persecutoris extiterat². Set cuius opere fuerit, ignoratur³, Filippus interfectus est, Octo vero ex mandato pape anno Domini MCCVII. eligitur, cui viriliter adhesit, et ipsum Aquisgrani in regem Alamanie primum coronari fecit, quam⁴ coronam imperii sibi daret. Anno MCCI. Constantinopolis a Francis et Venetis capta fuit, et Balduinus Flandrie comes in imperatorem eligitur. Anno MCCII. Tartarorum dominium dicitur habuisse principium. Hii enim in montibus in regione dicta Tartara regem eorum nomine David, filium Iohannis presbiteri occidentes, ad depopulationem aliarum terrarum processerunt. Anno MCCIII. Florentini destruxerunt castrum Semifontis situm in valle Else et Combiate situm in valle Marine⁵. Anno MCCIII. Pistorienses Florentinis abstulerunt castrum Montis Murli, quod eodem anno Guido comes pro Florentinis arripuit.⁶

C. Otho III. dux Saxonie, qui, ut dictum est, anno MCCII. fuit electus, anno Domini MCCVII. ab Innocentio papa Rome coronatur, imperavit annis III^{or}, qui contra Romanos statim pugnavit. Anno Domini MCCVIII. Florentini, qui sub regimine consulum civitatem regebant, primum elegerunt potestatem forensem, qui ius redderet civile et criminale, ut et ipsi ad regimen civitatis vacare possent ab aliis expediti⁷; qui fuit Gualfredoctus de Mediolano⁸. Anno MCCX. contra fidem summo pontifici

1) Diese falsche Jahrzahl hat sich der Autor wie die übrigen daraus berechnet, dass Martin den Beginn der Regierung Heinrichs 1192 ansetzt und die Zahl seiner Regierungsjahre auf 8 angiebt. 2) Das ist missverständlich aus einem Satz des Martin p. 471 gemacht. 3) Martin hat: 'dolose ab altigravo'. Das letztere Wort hat der Autor nicht verstanden und daher so geschrieben. 4) Das ist gleich 'priusquam'. 5) Vgl. die Ann. S. Mariae Nov. ad a. 1202; Ptol. Luc. ad a. 1201: Eodem anno Florentini, ut in Gestis eorum scribitur, destruxerunt quoddam nobile castrum nominatum Summofonte (so die längere Recension nach der Hs., in der kürzeren fehlt der Hinweis auf die Gesta); Villani V, 30; Cod Neapol. p. 273. 6) Vgl. Ptol. Luc. längere Recension (das steht nicht in der unbrauchbaren Ausgabe von Tabarrini) zu 1204: Eodem anno Pistorienses occupaverunt Montem Murlum. Et eodem anno Florentini recuperaverunt cum adiutorio comitum; Villani V, 31. zu 1203: E in questo anno medesimo i Pistolesi tolsono il castello di Montemurlo a' conti Guidi, ma poco appresso, il Settembre v' andarono ad oste i Fiorentini in servizio de' conti Guidi e riebbberlo e renderlo a' conti Guidi; Cod. Neapol. p. 273 zu 1204. 7) 'expedit' Hs. 8) Cf. Villani V, 32 zu 1207.